

29 Alcmena

1 Amphitryon cum abesset ad expugnandam Oechaliam, Alcmena aestimans Iovem coniugem suum esse eum thalamis recepit. Qui cum in thalamos venisset et ei referret quae in Oechalia gessisset, ea credens coniugem esse cum eo concubuit. 2 Qui tam libens cum ea concubuit ut unum diem usurparet, duas noctes congeminaret, ita ut Alcmena tam longam noctem ammiraretur. Postea cum nuntiaretur ei coniugem victorem adesse, minime curavit, quod iam putabat se coniugem suum vidisse. 3 Qui cum Amphitryon in regiam intrasset et eam videret neglegentius securam, mirari coepit et queri quod se advenientem non excepisset; cui Alcmena respondit: «Iam pridem venisti et mecum concubuisti et mihi narrasti quae in Oechalia gessisses». 4 Quae cum signa omnia diceret, sensit Amphitryon numen aliquod fuisse pro se, ex qua die cum ea non concubuit. Quae ex Iove compressa peperit Herculem.

30 Herculis atbla XII ab Eurystheo imperata

1 Infans cum esset, dracones duos duabus manibus necavit, quos Iuno miserat, unde primigenius est dictus.
2 Leonem Nemeum, quem Luna nutrierat in antro amphistomo atrotum, necavit, cuius pellem pro tegumento habuit.
3 Hydram Lernaem Typhonis filiam cum capitibus novem ad fontem Lernaem interfecit. Haec tantam vim veneni habuit ut afflatu homines necaret, et si quis eam dormientem transierat, vestigia eius afflabat et maiori cruciatu moriebatur. Hanc Minerva monstrante interfecit et exinteravit et eius felle sagittas suas tinxit; itaque quicquid postea sagittis fixerat, mortem non effugiebat, unde postea et ipse periit in Phrygia.
4 Aprum Erymanthium occidit.
5 Cervum ferocem in Arcadia cum cornibus aureis vivum in conspectu Eurysthei regis adduxit.
6 Aves Stymphalides in insula Martis, quae emissis pennis suis iaculabantur, sagittis interfecit.
7 Augeae regis stercus bobile uno die purgavit, maiorem partem Iove adiutore; flumine ammisso totum stercus abluit.

29 Alcmena

1 Quando Anftrione era lontano, all'assedio di Ecalia, Alcmena, scambiando Giove per suo marito, lo accolse nel suo letto. E siccome, una volta entrato nel suo letto, le raccontava le sue imprese a Ecalia, lei, credendo che fosse suo marito, si unì a lui. 2 E a lui piacque talmente unirsi a lei che impiegò un intero giorno e unì due notti, al punto che Alcmena si stupiva che la notte fosse così lunga. Quando poi le annunciarono che stava tornando il marito vittorioso, non vi fece caso, perché credeva di aver già visto il marito. 3 Quando poi Anftrione entrò nella reggia e la vedeva eccessivamente distratta, cominciò a stupirsi e a lamentarsi che non gli era andata incontro al suo arrivo; e Alcmena gli rispose: «Sei già arrivato prima, ti sei unito a me e mi hai raccontato le tue imprese a Ecalia». 4 E siccome lei gli raccontava ogni cosa in modo circostanziato, Anftrione suppose che al suo posto si fosse presentato un dio, e da quel giorno non si unì più a lei. Questa, posseduta da Giove, partorì Ercole.

30 Le dodici fatiche di Ercole per ordine di Euristeo

1 Quando era in fasce uccise con le sue mani due serpenti che aveva mandato Giunone, e per questo fu chiamato primogenito.
2 Uccise il leone di Nemea, invulnerabile, che la Luna aveva allevato in una grotta a due aperture: usò la sua pelle come indumento.
3 Vicino alla fonte di Lerna uccise l'idra di Lerna, figlia di Tifone, con nove teste. Questa aveva un tale potere venefico che con il fiato faceva morire le persone, e se qualcuno le si avvicinava mentre dormiva lei alitava sulle impronte di quello, che moriva con tormenti ancora maggiori. Secondo le indicazioni di Minerva la uccise, la sventrò e intinse le proprie frecce nel fiele di quella; e così da allora qualunque essere egli avesse colpito con le frecce non sfuggiva alla morte, ma in seguito anche lui stesso morì per questo in Frigia.
4 Uccise il cinghiale dell'Erimanto.
5 Portò vivo al cospetto di Euristeo il cervo selvaggio con le corna d'oro dell'Arcadia.
6 Uccise a frecciate gli uccelli Stinfalidi sull'isola di Marte, che lanciavano le loro penne usandole come giavellotti.
7 In un sol giorno ripulì lo sterco delle stalle del re Augia, soprattutto con l'aiuto di Giove: deviò il corso di un fiume, e così tutto lo sterco

8 Taurum, cum quo Pasiphae concubuit, ex Creta insula Mycenis vivum adduxit.

9 Diomedem Thraciae regem et equos quattuor eius, qui carne humana vescebantur, cum Abdero famulo interfecit; equorum autem nomina Podargus, Lampon, Xanthus, Dinus.

10 Hippolyten Amazonam, Martis et Otrerae reginae filiam, cui reginae Amazonis balteum detraxit; tum Antiopam captivam Theseo donavit.

11 Geryonem Chrysaoris filium trimembrem uno telo interfecit.

12 Draconem immanem Typhonis filium, qui mala aurea Hesperidum servare solitus erat, ad montem Atlantem interfecit, et Eurystheo regi mala attulit.

13 Canem Cerberum Typhonis filium ab inferis regi in conspectum adduxit.

31 *Parerga eiusdem*

1 Antaeum Terrae filium in Libya occidit. Hic cogebat hospites secum luctari et delassatos interfeciebat; hunc luctando necavit.

2 Busiridem in Aegypto, qui hospites immolare solitus erat; huius legem cum audiit, passus est se cum infula ad aram adduci: Busiris autem cum vellet deos imprecari, Hercules eum clava ac ministros sacrorum interfecit.

3 Cygnum Martis filium armis superatum occidit. Quo cum Mars venisset et armis propter filium contendere vellet cum eo, Iovis inter eos fulmen misit.

4 Cetum cui Hesione fuit apposita Troiae occidit; Laomedontem patrem Hesionis, quod eam non reddebat, sagittis interfecit.

5 Aethonem aquilam, quae Prometheo cor exedebat, sagittis interfecit.

6 Lycum Neptuni filium, quod Megaram Creontis filiam uxorem eius et filios Therimachum et Ophiten occidere voluit, interfecit.

7 Achelous fluvius in omnes figuras se immutabat. Hic cum Hercule propter Deianirae coniugium cum pugnaret, in taurum se convertit, cui Hercules cornu detraxit, quod cornu Hesperidibus sive nymphis donavit, quod deae pomis replerunt et cornu copiae appellarunt.

deflù via.

8 Dall'isola di Creta portò vivo a Micene il toro a cui si unì Pasifae.

9 Insieme al suo servo Abdero uccise i quattro cavalli di Diomede, re di Tracia, che mangiavano carne umana; i nomi dei cavalli erano Podargo, Lampon, Xanto e Dino.

10 Rubò la cintura dell'amazzone Ippolita, figlia di Marte e della regina Otrera, e regina lei stessa delle Amazzoni; nella circostanza diede in dono a Teseo Antiopa, sua prigioniera.

11 Con un solo colpo di giavellotto uccise Gerione, figlio di Crisatore, che aveva tre corpi.

12 Vicino al monte Atlante uccise l'enorme drago figlio di Tifone che custodiva continuamente le mele d'oro delle Esperidi, e portò le mele al re Euristeo.

13 Portò via dal regno dei morti il cane Cerbero, figlio di Tifone, e lo condusse al cospetto del re.

31 *Altre imprese dello stesso Ercole*

1 Uccise in Libia Anteo, figlio della Terra. Costui costringeva i suoi ospiti a battersi con lui e li uccideva quando erano allo stremo; lo uccise lottando con lui.

2 In Egitto Busiride aveva l'abitudine di sacrificare i suoi ospiti; quando conobbe la consuetudine di quello, si lasciò condurre all'ara con la benda sacrificale, e quando poi Busiride iniziò a invocare gli dei, Ercole uccise lui e i ministri del culto a colpi di clava.

3 Vinse in duello Cicno, figlio di Marte, e lo uccise; e quando Marte si presentò con l'intenzione di sfidarlo in duello per vendicare il figlio, Giove scagliò un fulmine in mezzo a loro.

4 A Troia uccise il mostro marino cui era stata esposta Esione; uccise a colpi di freccia Laomedonte, padre di Esione, perché non voleva consegnargliela.

5 Uccise a colpi di freccia l'aquila Etone, che mangiava il cuore a Prometeo.

6 Uccise Lico, figlio di Nettuno, perché voleva uccidere sua moglie Megara, figlia di Creonte, e i figli Terimaco e Ofite.

7 Il fiume Acheloo assumeva varie forme; mentre combatteva contro Ercole per avere in moglie Deianira si mutò in toro, ed Ercole gli staccò un corno che donò alle Esperidi o alle ninfe: le dee lo riempirono di frutti e lo chiamarono cornucopia.

8 Neleum Hippocoontis filium cum decem filiis occidit, quoniam is eum purgare sive lustrare noluit tunc cum Megaram Creontis filiam uxorem suam et filios Therimachum et Ophiten interfecerat.

9 Eurytum, quod Iolen filiam eius in coniugium petiit et ille eum repudiavit, occidit.

10 Centaurum Nessum, quod Deianiram violare voluit, occidit.

11 Eurytionem centaurum, quod Deianiram Dexameni filiam speratam suam uxorem petiit, occidit.

32 Megara

1 Hercules cum ad canem tricipitem esset missus ab Eurystheo rege et Lycus Neptuni filius putasset eum periisse, Megaram Creontis filiam uxorem eius et filios Therimachum et Ophiten interficere voluit et regnum occupare. 2 Hercules eo intervenit et Lycum interfecit; postea ab Iunone insania obiecta Megaram et filios Therimachum et Ophiten interfecit. 3 Postquam suae mentis compos est factus, ab Apolline petiit dari sibi responsum quomodo scelus purgaret; cui Apollo sortem quod reddere noluit, Hercules iratus de fano eius tripodem sustulit, quem postea Iovis iussu reddidit et nolentem sortem dare iussit. 4 Hercules ob id a Mercurio Omphalae reginae in servitutem datus est.

33 Centauri

1 Hercules cum in hospitium ad Dexamenum regem venisset eiusque filiam Deianiram devirginasset fidemque dedisset se eam uxorem ducturum, post discessum eius Eurytion Ixionis et Nubis filius centaurus petit Deianiram uxorem. Cuius pater vim timens pollicitus est se daturum. 2 Die constituto venit cum fratribus ad nuptias. Hercules intervenit et centaurum interfecit, suam speratam abduxit. 3 Item aliis in nuptiis, Pirithous Hippodamiam Adrasti filiam cum uxorem duceret, vino pleni centauri conati sunt rapere uxores Lapithis; eos centauri multos interfecerunt, ab ipsis interierunt.

8 Uccise Neleo, figlio di Ippocoonte, insieme a dieci figli, perché non aveva voluto purgarlo e purificarlo nel tempo in cui aveva ucciso sua moglie Megara, figlia di Creonte, e i suoi figli Terimaco e Ofite.

9 Uccise Eurito perché aveva chiesto in moglie la figlia di quello, Iole, e lui gliel'aveva rifiutata.

10 Uccise il centauro Nesso perché aveva voluto violentare Deianira.

11 Uccise il centauro Euritione perché era un pretendente di Deianira, figlia di Dessameno, che era sua promessa sposa.

32 Megara

1 Quando Ercole era stato mandato dal re Euristeo a catturare il cane dalle tre teste, Lico, figlio di Nettuno, avendo creduto che fosse morto, pensò di uccidere la moglie di quello, Megara, figlia di Creonte, e i figli Terimaco e Ofite, e di impadronirsi del regno. 2 Ercole arrivò e uccise Lico; poi Giunone lo fece impazzire e uccise Megara e i figli Terimaco e Ofite. 3 Una volta tornato padrone della sua mente, chiese ad Apollo di dargli un responso su come spiare il delitto, e siccome Apollo non gli volle dare l'oracolo, Ercole adirato sottrasse dal suo santuario il tripode, che poi restituì per ordine di Giove, e gli ordinò di dargli l'oracolo anche se non voleva. 4 Per questo Ercole fu dato in schiavitù da Mercurio alla regina Onfale.

33 I centauri

1 Ercole arrivò come ospite a casa del re Dessameno e tolse la verginità a sua figlia Deianira; dopo che ripartì, essendosi impegnato a prenderla in moglie, il centauro Euritione, figlio di Issione e Nube, chiese Deianira in moglie, e suo padre, nel timore di subire ritorsioni, promise di concederla. 2 Il giorno stabilito, venne con i suoi fratelli per le nozze. Ercole arrivò, uccise il centauro e portò via con sé la sua promessa sposa. 3 Allo stesso modo, in occasione di altre nozze, quando Piritoo stava prendendo in moglie Ippodamia, figlia di Adrasto, i centauri per effetto del vino tentarono di rapire le mogli dei Lapiti: i centauri uccisero un gran numero di loro, ma morirono per mano di quelli.